Literam commissurae assimulatione geminatam in unam redactam videmus B 690 ἐΜελιτέων, quo loco cum Boeckhio dissentio, qui in ἐ[γ]Μελιτέων mutandum esse censet; praeterea C 12, 6 ἐΦιαλείας (Mess. ca. 220 a. Chr.); 91 A, 8. 19 ἐΝαυπάκτο; 94 A, 1 ἐτᾶς = 2; 3 ἐϑαλάσσας; 4 ἐλιμένος. Literam geminatam nulla praecedente assimulatione ortam ex κ finali ἐκ praepositionis litera et κ ineunte vocabuli excipientis in unam redactam habemus B 667 b, add. ἐΚυδαϑηνέ[ων.

Addo denique B 742 Ἑρμείας ἐσ Οἴου, quod conferendum esse puto cum Arcadum et Cypriorum huius praepositionis forma, de qua vide G. Curtium, Stud. X pag. 214.

Cap. III.

Observationes de praepositionum usu.

In iis quae sequuntur affero omnes eos titulorum locos, quibus praepositionum usum habemus talem, qualis in scriptoribus Graecis aut raro aut nunquam invenitur. Qua in re tractanda praecipue Passovii lexico (Lips. 1841—57) et Kuehneri grammatica (Hannov. 1870) usus sum auxiliis. Quaedam quae spectant praepositionum usum, qualis est in titulis Delphicis, debeo Georg. Curtio: „Die sprachl. Ausbeute der neu entdeckten delph. Inschriften“, Ber. d. kgl. Sächs. Gesellsch. II 1864, p. 229 sq.

Praepositiones autem singulas ordine alphabetico disposui.

Ἀμφί.

Huius praepositionis usus Atticae solius dialecti videtur esse et in metricis tantum titulis invenitur. Inveni hos quinque locos:

I 442, 6 *Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας ἔδ[αμεν* (432 a. Chr.)
III 82, 9 *ἀμφὶ δε νίκα* — ⏑ ⏑ — ⏑ (temp. incert.)
— 751, 12 *ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης — ἐδάκρυσε* (sec. p. Chr. saec.)
B 765, 9 *ἀμφὶ δ' ἐμεῦ — ἐδάκρυσε*
— 938, 4 *γυμνὰς ὅς ἀμφ' ἀρετὴν ἔπλετο καὶ σοφίην.*

Ἀνά.

a) *ἀνά* c. gen.

In titulo Halesino solo eo, qui in Caueri delectu numerum habet septuagesimum septimum et qui ante dominationem Romanorum exaratus videtur esse, *ἀνά* praepositio c. gen. coniuncta invenitur. De significatione *ἄν* praep. c. gen. coniunctae conferendum est Atticorum *ἄνω* in structuris his: Eurip. Med. 410 *ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί;* Suppl. 520 *ἄνω ῥεῖν;* Luc. dial. mort. 6, 2 *άνω ποταμῶν* sim., in quibus *ἄνω* viam indicare oportet, quae est e loco inferiore ad locum superiorem.

Legimus autem in tit. Halesino haec:

ἂν τοῦ ῥοειδίου A 56. B 49. 83.
— — *ῥοΐσκου* A 5. 17. 23. 33. B 26.
— — *Ῥαχᾶ* B 25. 79. 87.
— — *Ἀλαίσου* B 37. 45. 59. 59. 72.
— — *τοίχου* A 40.
— — *ὁρίου* B 8.
— *τᾶς ὁδοῦ* A 42. B 15. 21. 26.
— *τῶν τερμόνων* A 66.

Cauerus l. l. p. 99 *ἂν τοῦ ῥοΐσκου* cet. idem significare dicit, quod sermone vulgari *ἀπὸ τοῦ ῥοΐσκου* cet., neque de significatione neque de apocope dubitari posse. Apocopen in hoc titulo statuendam esse nemo negabit, in significatione vero ea, quae Cauero probatur, jure offendimus. Ahrensius de dial. Dor. p. 357 dubitavit, num recte exscriptus esset hic titulus; id vero Cauero concedendum est, fieri nullo modo potuisse, ut in exscribendo tam saepe in idem vitium aberraretur. Equidem rationem eorum, qui *ἄν* in hoc titulo *ἀπό*

praepositionis significationem habere existimant, nullam esse puto. *ἀπό* enim, quod in eodem titulo vicies fere legitur, semper eum significat locum, a quo via exit ea, qua fines illius agri Halesini describuntur; *ἄν* vero in describenda hac via in usu est. Jam initium faciamus ab A 65 sq. *ἔστε κατὰ τὸν τέ(ρμονα) τὸν ἐν τῷ κλάρῳ καὶ ἂν τῶν τε(ρμόνων) ἐς τὸν τέ(ρμονα) τὸν ποτὶ τᾶ συκέα* etc. h. e.: usque ad eum terminum, qui est in agro et *ἂν τῶν τερμόνων* usque ad eum terminum cet. Hoc in vocabulorum conexu si quis *ἄν* idem quod *ἀπό* esse putat non intellego. Quid sibi vult pluralis *ἂν τῶν τερμόνων* praecedente *ἔστε κατὰ τὸν τέρμονα* numero singulari? *ἂν τῶν τε.* nihil aliud potest significare, nisi viam eam, quae est secundum terminos sive quae constituitur lapidibus terminalibus. Atque hanc quidem viam a loco inferiore esse ad superiorem inde collegi, quod *ἄν* in hoc titulo sedecies usurpatur, ut rivorum sive rivulorum cursum describat; *κατὰ* vero c. gen. coniunctum in eodem titulo viam indicare, quae est a loco superiore ad inferiorem, infra demonstrabo. Quae si recte exposui, significationem *ἄν* praepositionis habemus rarissimam, quam primam fuisse ei insitam verisimillimum est.

b) *ἀνά* c. acc.

Eadem quam modo demonstravi *ἀνά* praepositionis notio est in dial. Dorica C 42 A 31. 43 (Cret. tert. a. Chr. saec.) *ἀπὸ θαλάσσης — ἂμ ποταμόν;* cf. etiam C 43, 130 (Cret. eiusdem saec.) *ἂν Ἑλλῆν;* C 43, 161 (et 159) *ἀπὸ θαλάσσης — ἂν ῥάχιν* et C 9, 32. 38 (tab. Heracl.) *ἂν τὼς ὄρως.*

In dial. Attica huius praepositionis usus poetarum magis quam scriptorum pedestris orationis videtur esse; in inscriptionibus haec duo exempla inveni:

III 171 b, 11 (add.) *τὸν δ' ἀνὰ Πηλιάδας κορυφὰς ἐδίδαξε [τέ]χνην.* (tert. p. Chr. saec.)
— 716, 16 *φήμη μὲν περίβωτος ἀν' Ἑλλάδα* (ca. a. 270 p. Chr.).

Ἀντί.

Ἀντί praepositio significationem primariam, quam ut in omnibus praepositionibus localem fuisse verisimillimum est, nisi in vocabulis compositis fere non ostendit: exempla compositorum e. gr. habes haec: *ἀνθιστάναι, ἀντιβαίνειν, ἀντιμέτωπος, ἀντίπρωρος* similia. *ἀντί* separatim positum hanc loci signifi-

cationem rarissime retinuit, cuius exemplum ostendit Georg. Curtius, Ber. d. kgl. S. Gesellsch. 1864 p. 230 in titulo Delphico sec. a. Chr. saec.: D_2 8, 3 *ἀντὶ δὲ τοῦ χειροτεχνίου τὸ προσκάνιον ἱστάτω Ἡρακλείοις.*

Ἀπό.

Tituli Attici vix habent quod discedat ab usu vulgato. Rarum esse dicit Passovius (p. 321 s. v. *ἀπὸ*): *ἀφ᾽ οὗ χρόνου*, quod legimus II 614, 2 (tert. a. Chr. saec. ineunt.), pro simplici *ἀφ᾽ οὗ*.

In lingua Latina ab praepositio (= *ἀπό*) ex separandi significatione eam habet notionem, ut etiam in causa et origine rerum significanda in usu sit. Ab enim, cum unde aliquid exeat dicit, causam qua ortum est significat. Etiam Germanorum praepositio „von" ab initio separandi tantum notionem habebat (cf. Mhd. Wb. p. 369), deinde originem („Ausgang und Ursprung" ibid. p. 370) significabat; in „getödtet von jemand" von praepositione significatur unde exeat id, quod mortis causa est. Eodem modo in Graecorum *ἀπό* hanc notionem oriri potuisse cum dialecti Atticae rara exempla docent (cf. Kuehner gr. III^2 p. 396), tum tituli Delphici, in quibus *ἀπό* saepissime ponitur, ubi ex Atticorum more exspectamus *ὑπό* c. gen.

Legimus enim in titt. Delph. saepissime *ἀνέφαπτος ἀπὸ πάντων*, ter tantum *ὑπὸ πάντων* D_2 230, 6 (manumittunt *Ἡρακλεῶται*); 246, 7; 267, 8. Dativus sine dubio restituendus est D_1 39, 26 *ἀνέπαφος Δίων[ι.* (tit. Elatensis). Plena ac solemnis dicendi formula haec est: *ἐφ᾽ ᾧτε ἐλεύθερος εἶμεν καὶ ἀνέφαπτος ἀπὸ πάντων*, ita ut nominativus cum infinitivo coniunctus sequatur centies quinquagies bis, accusativus nonagies quinquies; utraque structura in eodem enuntiato: D_2 32, 5; 148, 8; 159, 5; 168, 6; 223, 8; 234, 4; cf. Curtius, l. l. p. 232.

Sensu simili legimus D_1 13, 14 *ἀζάμιος ὢν ἀπὸ πάσας δίκας* pro structura solita *ἀνυπόδικος πάσας δίκας καὶ ζαμίας* e. gr. D_1 13, 25. Cf. praeterea D_2 39, 8 *ἐλευθέρα εἶμεν ἀπὸ πάντων*, quibus locis omnibus *ἀπὸ* eandem habet rationem quam ab praepos. in Latinorum „liber a poena, tutus a periculo" cet.

D_2 29, 11 (manum *Δελφός*) *ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ὀνόματος* idem significat quod Latinorum: Alexandri nomine; locus simillimus est Diodor. bibl. 18, 57. 60 *ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως;* hos duos locos hoc tantum inter se differre puto, ut *ἀπὸ* partem magis exteriorem spectet, *ἐκ* interiorem, cum utroque loco origo sive exitus significetur. cf. D_2 239, 7 *παρισχέτω Σώσας Δ-αν ἀβλαβῆ ἀπὸ τᾶς συγγραφᾶς*, ubi *κατὰ* c. acc. (*ἐκ* c. gen.) exspectamus.

In dialectis Arcadica et Cypria *ἀπὺ* c. dativo coniunctum esse tituli C 117 (e. gr. v. 5 *ἀπὺ τᾷ* sc. *ἀμέρᾳ* cet.) et 118 (v. 9 *ἀπὺ τᾷ ζᾷ* = v. 17) docent.

Διά.

In usu huius praepositionis qui est in titulis vix habeo, quod memoratu sit dignum:

A III 1169, 8 pro usitatissimo *δι' ὅλου τοῦ ἔτους* habemus genetivum solum: *ὅλου τοῦ ἔτους* (ca. 200 p. Chr.).

C 43, 152 (Cret. tert. a. Chr. saec.), ubi *ὅροι* describuntur, legimus *διὰ ῥάχιν ἐς* cet. eodem fere sensu quo *κατὰ ῥάχιν* eiusdem tituli v. 150.

Hunc dicendi usum esse non tam singularem nonnulli loci docent Homerici, quibus *διά* c. acc. sensu simili usurpatur atque *κατά* c. acc. coniunctum:

Od. X 281 *δι' ἄκριας ἔρχεαι οἶος.*

Od. II 154 *ἤιξαν διά τ' οἰκία καὶ πόλιν* (h. e. supervolabant tecta et urbem).

Ἐξ.

Att. III 372 legimus (*τῆς*) *ἐξ Ἀγλαύρου Δήμητρος* pro solito *τῆς ἐν Ἀγλαύρῳ Δήμητρος.* Similem habet rationem *ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή*, quae dicendi formula in tomo III C. J. Att. octogies bis reperitur (*Ἀρείου* nomen variatur in *Ἀρήου* novies: 452; 558, 1; 587, 2; 606, 1; 617, 1; 723, 2; 788; 789; 976; in *Ἀρέου* bis: 716, 1; 807, 1; in *Ἀρίου* bis: 635, 4; 720 add. 1).

In Arcadum et Cypriorum dialecto haec praepositio cum dativo conjungebatur.

Ἐν.

Rariorem habes usum Att. II 551, 23. 86 (tert. a. Chr. saec. incunt.) *ὑπόδικος ἔστω ἐν Ἀμφικτίοσι*, in Amphictionum

decreto, *ἐν* = coram; cf. Delphorum *κριθέντω ἐν ἄνδροις τρίοις*, quod compluribus locis obvium est: D_2 24, 9; 29, 9; 31, 11.

Dicendi usus minus rarus:

Att. II 380, 10 *τοῦ ἐν Ζέᾳ λιμένος* (tert. a. Chr. saec. exeuntis).

E titulo temporis Romani exeuntis haec notavi:

Att. III 404 *Αὕτη ἡ πύλη τοῦ* [*κ*]*υ*[*ρί*]*ου*, *δ*[*ίκαιοι*] (*εἰ*)*σελεύσοντ*(*αι*) *ἐν αὐτῇ*.

ἐν de tempore dictum:

Att. III 1113, 1 *ἐν ἄρχοντι Σύλλᾳ* pro *ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα*, quod sescenties legimus. (143/4 p. Chr.)

ἐν praepositio e sua antiquitus insita indole (cf. Curt., Grundz.[5] p. 309) etiam in usu est, ut quo aliquid tendat significet, quam significationem si habet ut Atticorum *εἰς* cum accusativo coniungitur. Hic vero usus in dial. Dorica e Caueri delectu nisi in titulis Delphicis, Locrensibus, Aetolis (h. e. in titulis Graeciae septentrionalis) statui non potest; cf. C 91 *ἐν* c. acc. septies (Locr. ca. 400 a. Chr.); C 95, 6 (Aetol. ca. 200 a. Chr.); C 96 (Aetol. a. 193 a. Chr.) singulis locis *ἐν* c. acc. (v. 18) et *εἰς* c. acc. (v. 16) habet. — D_2 *ἐν* c. acc. terdecies reperitur (*ἐν* c. dat. undeducenties): *ἐν ἁλικίαν ἔλθῃ* 43, 15; 306, 11; *ἐν τὸν ἔρανον* 89, 6; *ἐν τὸ ἱερὸν* 407, 20 (manum. *Πλυγονεύς*); *τὰ ἐν τὰν ταφὰν* 131, 5 (manum. *Δελφός*); *τὰ ἐν τὰν τροφὰν* 234, 13; *τὰ ἐν τὰν Δαμοκλείδα οἰκίαν* 239, 9; *ἐν τὰν θυσίαν* 472, 8 cf. 472, 14: *ἐν τὰ ὀκτὼ ἔτη*. (G. Curt. l. l. p. 229). In his titulis Delphicis etiam *εἰς* c. acc. quater legimus: D 37, 7 *εἰς τὸν πάντα χρόνον* (manum. *Δελφός*); 406, 6 *εἰς Μακεδονίαν* (man. *Βεροιαῖος*); *εἰς τὰν πόλιν* 451, 2; 468, 3 *ἰς Πλαταιάς* (*οἱ ἰς Πλ. συνιόντες Ἕλληνες* Hadriano imperatori honores decernunt), qui loci Atticismo ut ita dicam in Delphorum dialectum illati facilem explicationem habent.

In titulis Aeolicis *ἐν* (*ἰν*) c. acc. bis et vicies reperitur, e. gr.: in titulis Thessalicis C 100, 11 (tit. quarti a. Chr. saec.) *ὀντεθεῖ ἐ*]*ν τὸ Ἀσκλαπιεῖον*; 101, 24 *ὀνγραφεῖ ἐν κίονα*; 103, 6 *ἐν τὸν ἅπαντα χρόνον*; 104, 4. 5. 7 cet. *ἐμβάλλει ἐν τὸν Εὔρωπον* (tit. anni ca. 200 a. Chr.); 105, 13 *ἐμπᾶν τὸ παρακ*[*αλούμεν*]*ον*; in tit. Boeotis 110, 9 *ἀπεγράψανθο ἐμπελτο-*

φόρας; 116, 38 *τοῖρ ἐμΜίλητον ἀποστελλομένοιρ*; 117, 19 *ἰν ἐπίκρισιν* etc.

Tituli Lesbiaci semper *εἰς* c. acc. exhibent; praeterea *εἰς* ter exstat in tit. Thessalico anni c. 200 a. Chr. (C. 104, 20. 25. 25) in quo *ἐν* c. acc. novies exstat.

Ἕνεκα.

In tit. Atticis *ἕνεκα* uno loco ante genetivum quocum coniunctum est ponitur: Att. II 470, 15 *εὐτάκτως ἕνεκεν τοῦ παρακολουθεῖν* (t. primi a. Chr. saec.).

Tit. Dorici, qui sexies *ἕνεκα*, sexies *ἕνεκεν* exhibent, quatuor locis hanc praepositionem praeponunt C 38 D 24 (in Dreriorum foed. et Cnosiorum); 51, 20; 56, 26; 58, 23 (in decrr. Teiis).

Ἐπί.

Ἐπί c. gen. sescenties reperitur in formula hac: *ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα*; genetivum solum habes C 110, 3 (Boeot.) *Ἀγαθαρχίδαο ἄρχοντος Βοιωτῦς*; ii apud quos *ὁ ἄρχων* munere suo fungitur, exprimuntur dativo (*Βοιωτῦς*), pergit titulus: *ἐπὶ πόλιος δὲ* (scil. *ἄρχοντος*) *τοῦ δεῖνα.* Dativum verbis imperandi et regnandi interdum appositum locativi vim habere docet Delbrueckius, Syntakt. Forsch. IV p. 56. Intellectus localis etiam praepositionibus subest quae cum *ἄρχειν*, *ἀνάσσειν* sim. verbis coniunguntur; *ἐν* et *μετά* c. dat. et quod hoc loco habemus, *ἐπί* c. gen.

In titulis Delphicis pro dativo in formula solemni hac: *συλέων ἐπ' ἐλευθερίᾳ* interdum legimus accusativum: *συλέων ἐπ' ἐλευθερίαν*: D_1 32, 12; D_2 112, 6 (manum. *Ἀμφισσεῖς*); 448, 8. (— editores Francogallici cur legant D_2 116, 3 *ἐλευθερία*[*ν*] non video); itemque pro *εἰ δέ τις ἐφάπτοιτο ἐπὶ καταδουλισμῷ*, quod vel sescenties obvium est, bis occurrit accusativus *ἐπὶ καταδουλισμὸν* ab editoribus Francogallicis tacite mutatus in *ἐπί* c. dat. cf. G. Curtius l. l. p. 228. — Pro formula illa *συλέων ἐπ' ἐλευθερίᾳ* (*ἐλευθερίαν*) interdum legimus *συλέων ἐπὶ τὸν θεὸν* D_2 105, 6 (manum. *Τιθορρεύς*); 147, 10 (man. *Δελφίς*); 167, 22 (man. *Δελφίς*); 186, 10 (man. *Φυσκεύς*); 188, 7 (man. *Ἀρσινοεύς*), [ad quod interdum addunt *ὡς ἐλεύθερον ὄντα* e. gr. 186, 10; 188, 7,] et *συλέων ὑπὲρ τὸν θεὸν* e. gr. D 163, 5 (manum. *Ἀμφισσεύς*); 166, 5; 204, 7

(man. *Καλλιπολίτας*). In *συλέων ἐπὶ τὸν θεὸν* praepositionem *ἐπὶ* c. acc. coniunctam eandem fere notionem habere quam *ὑπὲρ* c. acc. (vel potius *ὑπὲρ* c. gen. ex more Atticorum) per se patet. Sed quaeritur, quomodo hanc *ἐπί* praepositionis notionem explicemus. Accusativum pro genetivo aut dativo antiquiore hic exstare propterea mihi persuadere non potui, quod *ἐπί* c. gen. aut dat. personae coniunctum nusquam reperitur, ut eum significet, cui aliquid fieri commodo sive utilitati est. Accusativum vero vix aliter possumus intellegere, quam ut loci significationem ei subiunctam esse dicamus. Is enim servus, qui libertate amissa in libertatem vindicabatur, quasi ad deum ipsum sive ad dei statuam perducebatur, coram quo libertatem denuo accepit. Nimirum is qui hunc in libertatem vindicabat dei rebus rationibusque consulebat.

Pauca vero videntur addenda esse de accusativo, qui est in *ἐπ' ἐλευθερίαν*, *ἐπὶ καταδουλισμόν* cet. Haec enim habemus vestigia accusativi invalescentis et plurimis locis positi, ubi ex Atticorum more exspectamus aut genetivum aut dativum (cf. Curt., l. l. p. 229).

Ea quae huc pertinent, ne nimis dissecata essent, hic comprehendere malui.

π α ρ ά.

D_1 sexies legimus *παραμένειν παρά τινα.* Dativum exscribit Ern. Curtius 11, 14 *π. παρὰ Πολύᾳ*, sed ne hanc quidem lectionem satis certam esse lacuna tituli quae sequitur docet. Dativum habes 39c 25 (in tit. Elatensi): *παρα]μείνασαν Δίωνι.* — D_2 centies sexies *παραμένειν παρά τινα* obvium est; adde 254, 3 *παραμονᾶς τᾶς παρὰ Ἱεροκλῆ*; dativum inveni 107, 7 (manum. *Ἀνφισσίς*): *παραμεινάτω δὲ Σωσίας Ἀγησοῖ.*

D_1 sexies, D_2 vicies bis reperitur: *ἁ ὠνὰ παρὰ τὸν δεῖνα.*

D_2 436, 13 (manum. *Καλυδώνιος*) *καταλιμπάνει παρ' αὑσαυτὸν.*

D_2 263, 8 *ἔχουσα — ἅ κα κατασκεώσηται παρὰ Χαρίξενον.*

Genetivum e *κατά* pendentem vel potius accusativum solum (vel *κατά* c. acc.) exspectamus D_2 407, 17 (manum. *Πλυγονεύς*) *ὀμοσάτω — ὅρκον παρὰ τὸν Ἀπόλλω.* Haec

structura *ὀμνύναι παρά τινα* demonstrare mihi videtur cognationem quae est inter *παρά* et Latinorum „per“, e. gr. in structuris his „jurare per aliquem, orare per al.“ similibus.

E titulis Aeolicis huc pertinent C 107, 7. 19 (Boeot. quarti vel tert. a. Chr. saec.) *τὰς σουγγράφως τὰς κιμένας πὰρ Εὔφρονα, — Σώφιλον.* — Genetivum exspectamus in eodem titulo v. 33 *κὴ οὔτ᾽ ὀφείλετη αὐτῦ ἔτι οὐθὲν πὰρ τὰν πόλιν*, dativum v. 44 *ἀπογράφεσθη δὲ Εὔβωλον κατ᾽ ἐνιαυτὸν πὰρ τὸν ταμίαν — τά τε καύματα* etc. et C 116, 5 (in tit. Eleo ca. 300 a. Chr.) *Δαμοκράτηρ — Τενέδιορ πεπολιτευκὼρ πὰρ αμέ.*

E titulo denique Attico a. 285 a. Chr. notavi: Att. II 312, 23 *τοῖς — διατρίβουσι Ἀθηναίων πα[ρ]᾽ ἑαυτόν*, cuius accusativi exempla pauca affert similia Kuehner III² p. 444.

ὑ π έ ρ.

D_1 30, 22 *ἢ ἄλλος ὑπὲρ Φιλοξένου* (tert. a. Chr. saec.), accusativus in eadem structura est 16, 14 (manum. *Δελφός*) *ἄλλῳ ὑπὲρ Αἰακίδαν.* In titulis a Weschero et Foucart editis genetivum in hac formula habes semel: D_2 36, 8 *καὶ ἄλλος ὁ θέλων ὑπὲρ Δορκίδος*, accusativum tricies semel e. gr. 43, 21; 54, 11 (manum. *Ἐριναῖος*); 58, 9. 15; 75, 4 (manum. *Ναυπακτία*); 78, 12 (manum. *Δελφίς*); 83, 6 etc.

Conferas praeterea accusativum ex *ὑπέρ* pendentem D_2 1, 9 (decr. Amphictionum) *τὰν ἐπιμέλειαν ὑπὲρ αὐτὰν ποιεῖσθαι*; 16, 5 (decr. Delph.) *ῥυσίων — ὧν ἐνεκάλει Φ. ὑπὲρ τὰν πόλιν*; 66, 9 *διδοὺς τὰ δίκαια ὑπὲρ Εὐφρόνιον*; 89, 5 *κατενεγκάτω δὲ Ἀ. [ὑπ]ὲρ Ἀρίστω — ἀργυρίου τρία ἡμιμναῖα* etc., quibus locis omnibus genetivum exspectamus ex more Attico.

π ο τ ί.

C 77 in titulo Halesino *πρός* c. dat. exspectamus A 43 *ἁ σκανὰ κοινὰ ποτὶ τὸν μισθωσάμενον τὸν ῑ κλᾶρον*; similiter A 66; B 65.

D_2 dativum habemus 407, 26 (manum. *Πλυγονεύς*) *ὤμοσαν ποτὶ τῷ βωμῷ*, accusativum 24, 10 *ποιησάτω τὰ ποτὶ γᾶν πάντα* = 431, 15.

Κατά.

a) *κατά* c. gen.

Titulus Halesinus C 77 tricies semel exhibet *κατά* c. gen., e. gr.:

κατὰ τοῦ ποταμοῦ A 3. 12. 49. 65.

— — *ῥοΐσκου* A 16; B 37. 44. 48. 54. 58. 68. 84.

— — *ῥοειδίου* A 27. 36. 59; B 78. 85 etc.

Eodem modo quo *ἄνω* significationem retinuit viae eius quae est ad locum superiorem, *κάτω* eam describit viam, quae est ad locum inferiorem; cf. Eurip. Cycl. 448 *πετρῶν ὦσαι κάτω* (quo loco Nauckius legit *κατά*); *κάτω* ad *κατά* c. gen. appositum est Herod. VIII, 53 *κατὰ τείχεος κάτω ῥίπτειν*, Ar. Plut. 238 *κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς κάτω.* In titulo Halesino viam eam, quae est a loco superiore ad inferiorem, intellegendam esse demonstrat B 44 (quo cum loco cf. B 48): *κατὰ τοῦ ῥοΐσκου ἐς τὸν ῥοῦν τὸν Ἄλαισον*, ubi rivus (*ῥοΐσκος*) in fluvium principalem (*Ἄλαισον*) influit.

Eadem *κατά* praepositionis notio C 104, 7 (et 9) *ἀπὸ τῶν Εὐρυνίων κατὰ τῶν ἄκρων ὡς ὕδωρ ῥεῖ ἐν τὸν Εὔρωπον* (ca. 200 a. Chr.).

E titulis Atticis, in quibus hanc notionem sive primariam dicas sive nativam non inveni, notavi B 808, 6 (et 7) *νῦν σ' ἔτι (τι)μῶ οὖσαν καὶ κατὰ γᾶς; κατὰ γᾶς* = sub terra, amissa motus significatione. Hanc *κατὰ* praepositionis notionem Kuehnerus raram esse dicit III[2] p. 415, c.

Similiter *κατά* c. g. explicandum videtur esse C 117, 11 (Teg.) *λαφυροπωλίου ἔοντος [κ]ατὺ τᾶς πόλιος* h. e. armorum emporium quod est in urbe, ita ut amissa motus significatione loci cuiusdam situm describat.

κατά c. gen. de tempore dictum (cf. Kuehn. gr. § 433 b II 2) non inveni.

b) *κατά* c. acc.

Viam quae est secundum flumen *κατά* significat in tit. Cret. C 43, 151 (saec. a. Chr. tert.) *καὶ κατὰ ποταμὸν ἐς Κορδωΐλαν*, sed utrum sit via secundo an adverso flumine confecta non diiudico.

Frequens *κατά* praepositionis usus est, ut ratio distributiva describatur A III 38, 8; C 13, 68 *κατὰ μέρος*; C 13, 32 *κατὰ μίαν*, quam rationem multis locis *ἕκαστος* pronomine adiecto auctam videmus: Att. I A 22; II 61, 14; C 13, 113; 71, 23; 91 B 3; 117, 29 etc.

Μετά.

Dativum e μετά pendentem nusquam inveni.

Rarus μετά praepositionis c. acc. coniunctae usus est, ut temporis spatium significet: C 38A, 40 (Cret. tert. a. Chr. saec. exeuntis) μήτε ἐν νυκτὶ μήτε πεδ' ἁμέραν (Kuehner, gr. p. 441). Praeter hunc locum πεδά huius praep. formam inveni ter: C 52, 7 (in decr. Teio a. 193 a. Chr.) πεδὰ πάνσας σπουδᾶς et C 107, 5. 22 (Boeot. tert. a. Chr. saec.) πεδὰ τῶν πολεμάρχων.

Παρά.

Poetarum usum esse dicit Kuehnerus (§ 444a II, 1) παρά c. dat. ita usurpare, ut rei cuiusdam non personae vicinitatem significet, quem usum habes C 13, 94 (tit. Mess. a. 93 a. Chr.) τοῦ μὲν (sc. θησαυροῦ) παρὰ τᾷ κράνᾳ ἐχέτω κλᾷκα Μ. cf. C 23 (Corcyr. octavi a. Chr. saec.) βαρνάμενον παρὰ νανσίν.

Causa qua aliquid efficitur: Att. III 49, 3 (ca. 300 p. Chr.) ἀλ]λὰ παρὰ τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀσθένειαν ἢ διά τινα ἄλλην τυχικὴν [αἰτίαν. cf. Demosth. IV 4 οὐδὲ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν.

Responsionis cuiusdam significationem, cuius exemplum simile non inveni, habemus C 8, 144 (tab. Heracl.), ubi operum conductori cuidam aedificia aedificanda sunt: αἰ δὲ μή, κατεδικάσθεν πὰρ μὲν τὸν βοῶνα ϝὲξ μνᾶς ἀργυρίω, πὰρ δὲ τὸν ἀχύριον τετόρας μνᾶς ἀργυρίω h. e. pro stabulo boum non aedificato debet solvere etc., quam notionem haud scio an recte explicemus ex intellectu causali ortam, qui est in παρά c. acc.

Περί.

E titulis Atticis vix habeo quod hic afferam, nisi quod in iis solis huic praepositioni dativum subiunctum vidi: B 155 (a. a. Chr. 345) (quater) e. gr. v. 44 χιτωνίσκος - περὶ τῷ ἀγάλματι et Att. III 751, 15 in vs. dist. alterius p. Chr. saeculi: χλαῖναν περὶ αὐχένι θέσθαι.

Dativum solum Attici ponere solent: C 671, 7 (in t. Theraeo sec. vel tert. a. Chr. saec.) εἰ δέ τί κα γένηται περί με τῶν ἀνθρωπίνων, quo cum loco e titulis Delphicis cf. haec: D_2 εἰ δέ τι ἀνθρώπινον γένοιτο περὶ τὸν δεῖνα 31, 12; 152, 5; 167, 10 (manum. Δελφός) etc.; ὥς κα τὸ πάθος γένηται περὶ Ἀρχέλαον 84, 4 (man. Δελφός).

Πρό.

Eundem fere sensum atque ὑπέρ c. gen. habet πρό: C 10, 1 (in tit. Heracleae in Magna Graecia reperto): Ἑστιαίᾳ πρὸ αὐταύτας Δορκὰς ἀνέθηκε.

Πρός.

Att. I πρός c. gen. saepius reperitur de locorum situ dictum: 321, 28 πρὸς βορέου 322, 9 ἐπὶ τῇ γωνία τῇ πρὸς τοῦ Κεκρωπίου cf. 44. 63. 76; 324c, 49. 64 πρὸς τοῦ βωμοῦ etc. (in titulis a. ca. 440 a. Chr.).

Praeterea πρός c. gen. non inveni nisi in obsecratione Att. III 171 add. 15 (tit. tert. p. Chr. saec.): πρὸς σοῦ πατρός, ᾧ μεγάλ' εὔχομαι; B 989a, 5 πρὸς θεῶν καὶ ἡρώων (ca. 200 p. Chr.) et in versu, in quo auctorem alicuius rei significat: B 923, 6 πρὸς ἀστῶν τρισμάκαρ κληΐσεται.

Att. II, Dor. et Aeolici tituli πρός c. gen. coniunctum non exhibent.

Σύν.

Ea quae Tycho Mommsen (Progr. Francof. ad Moen. 1874. 1876. 1879) de σύν et μετά praepositionum usu exposuit, titulis Atticis optime confirmata videmus. Tituli enim ei qui CJAtt. tomo altero continentur, cum in titulis Euclidis anno vetustioribus pauca σύν praepositionis exempla habeas (e. gr.: 46, 6; 274, 4. 12. 19; 275, 6 κεφάλαιον σὺν ἐπωνίοις), σύν si recte vidi non habent, μετά c. gen. undesexagies. Aetas vero Romana poetarum dicendi usum secuta σύν novies exhibet. Habes enim haec:

III 16, 5 σὺν ἄ[λλοις (tit. temp. Anton. Pii);
— 120, 5 σὺν Καπιτωλίοις νεικήσας (eiusdem temp.)
— 128, 23 Εὐτύχης σ[ὺ]ν τῷ [υ]ἱῷ — ἐποίει (tert. p. Chr. saec. exeuntis)
— 170, 5 Ἀρτεμίδωρος σὺν ἀδελφῷ (ca. 200 p. Chr.)
— 224a ὁ δεῖνα — τοῖς θεοῖς σὺν τῇ κλισίᾳ
— 714, 9 ὁ δ. πατέρα σὺν τοῖς ἀδελφοῖς (tert. a. Chr. saec. ineuntis)
— 759, 4 παῖς Θ. σὺν ἐφήβοις
— 1055, 19 [Ἀρεο]παγεῖται σὺν τοῖς γυμνασιαρχικοῖς οἵδε (a. 61 p. Chr.)

— 1177, 8 *τοὺς ἐφηβεύσαντας σὺν τῷ κρατίστῳ Φλ. Ἀρ. συνκλητικῷ* (a. 218 p. Chr.)

Adde e Corp. Inscrr. Graec. tomo I:

B 989, 3 *σύν σοι ἐπεστρεφόμην* (tit. temp. Herodis Attici), et

— 997, 2 *δή τότε γάρ με δακρυόεις Ἀΐδης σὺν [Ὀ]ρει[ά]σιν ἠΐστωσεν* in vss.

Etiam in Delphorum dialecto, in qua ter tantum exstat *σὺν ψάφοις* (D_2 12, 3; 14, 1; 16, 2 in decrr. Delphicis) huius praepositionis usus rarior videtur fuisse.

Ὑπέρ.

Inter *ὑπέρ* et *περί* praepositiones c. gen. coniunctas magnam intercedere similitudinem notissimum est, ita vero ut *ὑπέρ* ex antiquissimis temporibus praesidii notionem habeat, quae postea attenuatur. Itaque *ὑπέρ* saepissime invenimus in titulis posterioris temporis, ut eum teneat locum, quem antea *περὶ* c. gen. habebat. Id ne careat fundamento, formulam addo illam dicendi solemnem: *περὶ ὧν λέγει* (*ἀπαγγέλλει*) *ὁ δ.* Att. II 8, 5; 14b, 6; 17b, 7; 30, 6; 49, 5; 50, 6; 51, 5; 52c, 7; 54a, 7. b, 9; 107, 6; 109, 6; 121, 6; 168, 8; 181a, 7; 191, 11; 207, 12; 208, 16; 307, 5; 315, 7; 373b, 33; 627, 4 sensim mutatam in *ὑπὲρ ὧν λέγει ὁ δ.* 390, 8; 402, 15; 408, 8; 417, 6; 424, 13; 453, 2; 457, 5; 470, 66. 75; 481, 4; 482, 6; (314, 4; 403, 5).

In dial. Dor. eundem habes usum C 65, 10 (in decr. Teio alterius a. Chr. saec.) *εἰσήνεγκε δὲ κύκλον ἱστορημέναν ὑπὲρ Κρήτας κα[ὶ τ]ῶν θεῶν κτλ.* h. e. carmen de Creta et de Cretensium deis compositum. — Praepositionem alteram altera excipit C 52, 8 et 12 *διελέγεν—περὶ τᾶ γενέσθαι . . . (ὑ)πὲρ δὲ τῶν αὐτῶν διαλεγέντος καὶ Περδίκκα κτλ.* (in decr. Teio eiusdem temp.).

ὑπὲρ c. acc. coniunctum in tit. Atticis non reperitur nisi de numeris fines quosdam certos superantibus dictum.

Ὑπό.

Ex verbis intransitivis *ὑπὸ* c. gen. pendet B 1001, 3 (in vs. hexam.) *ὑπ᾽ ἀνάγκης ᾤχου* cf. C 91 A, 8 (Locr. quinti a. Chr. saec. exeuntis): *αἴ κα ὑπ᾽ ἀνάνκας ἀπελάονται ἐΝαυπάκτο Λοκροί κτλ.*; C 91 B, 2 *αἴ τις ὑπὸ τõν νομίον τõν ἐπιϝοίκον ἀνχορέει.*

Et dativus et accusativus reperitur ex *ὑπό* pendens in

hac structura: *τοὺς ὑπ᾽ αὐτῷ ἐφήβους, — ἐφηβεύσαντας,* ita vero ut dativus usitatior sit; accusativum habes Att. III 1128, 4 (165/6 p. Chr.); 1138, 6 (ca. 176 p. Chr.); 1197, 4 (ca. 240 p. Chr.)

Χάριν.

In titulis Doricis *χάριν* semper praeponitur: C 13, 13. 56. 106 (Messen.) et 68, 7 (Cyren.).

Ὡς.

ὡς dialecti Atticae solius videtur esse et in hac quatuor tantum locis reperitur ante personas positum:

Att. II 86, 3 *πορεύϑήσονται ὡς βασιλέα* et v. 18 *ὅταμπέμπῃ τινὰ ὡς αὐτὸν* (ca. 370 a. Chr.).

— 108 b, 22 *τ]ὰ χρήματα ὡς Ὀρό[ν]την καὶ τ̣ὰ πλοῖα παρ[-* (ca. 345 a. Chr.).

— 124, 13 *ἀφικν]ο[υμ]ένων ὡς Φίλιππον* (ca. 340 a. Chr.).

Vita.

Mauritius Geyer natus sum in vico Saxo-Altenburgensi Grosssstechau mense Januario anni 1854 patre Carolo matre Anna e gente Planer, quibus adhuc superstitibus laetor. Primis literarum elementis a patre carissimo imbutus inde ab anno aetatis tertio decimo lyceum Isenbergense septem per annos frequentavi Ludewigio Richtero Prockschio rectoribus. Anno 1873 in classem primam gymnasii Altenburgensis receptus sum, quod Richteri auspiciis tum florebat et adhuc floret. Horum quos dixi virorum beneficiis me esse obligatum plurimis pio gratoque animo confiteor; inprimis Richteri egregiam erga me benevolentiam facere non possum quin hoc loco commemoratione celebrem gratissima. Anno 1875 testimonio maturitatis munitus universitatem literarum Jenensem adii philologiae studio me daturus, quam Delbrueckius, A. de Gutschmid, Rhodius, Maur. Schmidtius, Rud. Schoellius, Sieversius alii docebant. Spatio trium semestrium Jenae peracto Lipsiam me contuli et scholas frequentavi Brauni, Curti, Ecksteini, Heinzi, Langi, Lipsi, Overbecki, Ribbecki, Voigti, Zarncki.

Per tria semestria seminarii regii Germanici, per bina paedagogici Ecksteini et societatis grammaticae Curti sodalis fui ordinarius. Neque minus frequentavi exercitationes proseminarii et seminarii philologici regii et scholis philosophicis ab Heinzio institutis interfui.

Praeceptoribus his meis omnibus inprimis Braunio Curtio Sieversio Zarnckio gratiam habeo quam maximam semperque habebo.

